

A V T O R L E =
C T O R I S A L V T E M
P R E C A T V R.

Q V A N Q U A M benignissime Lector,
præliminaris illa commonefactio
Apologetica, quam libellis hisce in
prima editione Francofordiana præfixi,
tota fuit ei tempori accōmodata, quo post
Ursellanam primam, subsecutæ mox se-
cundæ editionis, quæ Francofurti procu-
rata est, causæ explicandæ erant: tamen
non desunt rationes, ob quas illam in hac
novissima editione, eo, quo primitus ex-
cusa est, modo retentam, & universo li-
bellorum opusculo denuò præmissam ve-
lim. Deinde dissimulare non debeo, opu-
sculum hoc adjectis Quæstionibus non
paucis, addita insuper nonnullorum So-
phismatum, quæ ab adversa parte objici-
untur, prodire auctius. Ne autem nova-
rum subinde accessionum expectatione
quisquā ab emptione deterreatur: pro-
mitto, me ultra ea, quæ nunc addita sunt,
nihil adjecturū ampliū. Vale, &
hæc nostra bona consule:

EPL